









1744.

1. Besserer, Dr. Paulus: *De interventione post sententiam*
2. Hoepfer, Dr. Muelius: *De necessario bonae fides et prescriptiōne actionum personalium sequentiō*.
3. Koch, Christoph Dider: *De jure appropriationum Imperialis, specie in cunctis Imperiis locis occurrentium . . .*

1745-

- 1<sup>o</sup> & 6. Gymnamus, Christoph Ritter: *De archicancellariis S. R. Imperii origintibus genuinis .*

25. Sept. 1746.

2. Hasenbart, Lazar. Henr.: *De lecta relocatione et reconstructione ac dictum iuris cinctis et statutorum Lubecianam .*

3. Thors, Muelius: *Disertatio phil. in ang., qua summiū imperiū magistros independentes et distinctos ab abjectionibus non admodum horum vindicatur.*

1746

1. Bälzer, Dr. Christoph: *De causa et origine distinctionis sponsalium de presenti et de futuro*

- 2<sup>a</sup> Bälzer, Dr. Christoph: *De iuri dictione principis regentis in patres apanagiatos.*

2 August. 1746 - 1750.

3. Bochmias, Lazarus: *No nra exercitii disputatori*

4. Kragerns, Dr. Fried: *De obligatione et valore statuti iustitiae forensium occasione Ord. ecclesiastical, quae Darmstadii prout. 1. 1723.*

5. Koch, Christoph. Lazarus: *No felio studii juris privati ejusque culta ratione apud Germanos*

6. Span, Dr. Ludovicus: *No adiutorio in jure.*

1747.

1. Bälzer, Dr. Christoph: *No arresto facti et illicito a jure res ipsa contra forendem decreto.*

2. Yras, Dr. Nauis : *De sententias mandatum attentatorum  
revocatorum excludentibus et non excludentibus.*
3. Kayser, Dr. Fritorius : *De iuramento Indacorum.*
4. Kayser, Dr. Fried : *De iuricio pacis in imperio  
Ann. Romaneo.*
5. Lauthiner, Dr. York : *De principe legibus soluto*
6. Lauth, Georg Wilhelm : *De jurisdictione compromissa-  
ria tam generatione, tam speciatione Augst. Camerac  
Imp. judicii et conc. ordinat. Cam. p II. t. 29.*
7. Moller, Dr. Gottfrido : *De querela et exceptione  
num numeratae pecuniae in Cambiali negotio  
merime ad pro Hamburgoessa applicata*
8. Mogen, Ludv. Grapf : *De rege Romanorum aqua  
receptu latonis Comiti IV absente vel impedito  
imperatore imperii defensio capessente.*

1747.

I. Schuler, Ernest Christian Engel: *De eo, quod justum  
est in iudiciis moratoriis.*

1748.

1. Balzer, Dr. Christpf: *De foro zeisitac apud  
Germanos*

2. Korthaldis, Fridericus Testes: *De iure dictione  
immediata supremorum in imperio tribunalium  
dicimenti mandata I. libentis bonis judiciali  
impeditis . . .*

17.

1746, 3

39. 11

VSVM  
EXERCITII DISPVTATORII  
BREVITER EXPONIT,

SIMVLQVE

DISPVTACTIONES PHILOSOPHICAS  
SINGVLIS MERCVRII ET SATVRNI DIEBVS  
HABENDAS INDICAT  
NEC NON AD EAS AVDIENDAS  
*GENEROSISSIMOS, NOBILISSIMOS QVE*  
*DOMINOS COMMILITONES*  
OFFICIOSE INVITAT

ANDREAS BOEHMIUS,  
PHIL. D. LOGIC. ET METAPH. IN ACAD. GISSENA  
PROF. PVBL. ORD.

G I S S A E ,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.



PROGRAMMA



L. S. & O.

**P**ostularunt a me Viri aliquot iuvenes optimae spei in Academia nostra studiis nauantes operam, & eam quidem sedulam, ut collegio, quod dicunt, disputatorio, tum regulis huius artis animos ipsorum imbuam, tum habitum quoque eandem applicandi peculiari exercitio ipsis ingenerem. Ea petitio cum non honestissima tantum sit, sed propterea etiam mihi gratissima, quia amoris erga studia singularis, diligentiae eximiae &, quod maximi aestimo, limati de eo, quod vtile est, iudicij luculentum exhibet testimonium: de esse nullus omnino potui; immo vero praesenti schedula auditores hos meos exoptatissimos publica laude celebrare, eorumque exemplo incitare alios volui, debui. Quod vtne absque sufficienti & ab immundis libera finibus ratione fieri videatur, de vsu exercitii disputatorii paucis agere apud unimum constitui,

Multiplex

MUltiplex admodum is vsus est. Patent alii atque si-  
ne acumine obseruantur; alii plures magis magis-  
que latent, studiosum pauloque tubiliborem requirentes  
scrutatorem. De illis breuius dicam, vt de his liceat  
differere copiosius.

Qui Doctoris titulum & priuilegia sibi conferri o-  
ptat, secundum leges Academicas dissertatione aliqua  
publica se iisdem dignum esse commonistrare tenet.  
Imo acquistae cuiuscunque eruditionis specimen editu-  
rus, cathedram concendit, contra dissentientium tela  
theses electas defendens. His in occasionibus an profit  
disputandi habitus, an vtilis sit ad opponendum invita-  
to, an mero etiam auditori; iam non tam demonstra-  
bo, quam potius vi per se euident simpliciter affirmabo.

At forte ego nunquam me publico exponam con-  
flictui, inquis; aut Doctoris non suspiro honores?  
Male quidem! respondeo optans potius, vt nemini ab  
Academis domum reuertere integrum esset, nisi post  
exhibitum temporis bene collocati & animi scientiis re-  
ferti specimen, certoque persuasus, non tot officiis eti-  
am grauissimis admotum iri homines discipulorum po-  
tius subsellia, quam splendida loca ornantes, si illotis  
discedere manibus ex docentium auditoriis prohibitum  
esset. Sed transeant haec? Ipse enim concedo, mini-  
mum inter omnes hunc vsum meis apparere oculis.  
Accedamus ad grauiora, sed praeuias etiam instituamus  
meditationes, ex quibus dicenda facilius agnoscuntur.

Attendamus scilicet ad singulas disputantium operationes , & patebit mentis emendatio a singulis expectanda. *Primum* est , (electio enim thesium non pertinet ad ipsam disputationem) , vt opponens rite interpretetur respondentis sententiam. Hinc igitur a ) habitum in applicandis regulis hermeneuticis consequimur , in illis videlicet , iuxta quas dirigendus intellectus in eruenda mente dicentis , vel sribentis occupatus ; habitum dico , in explicandis sacris Oraculis , Legibus , verbo , vbique utilissimum. b ) Simul discimus vitare logomachias , lites inane variae verborum significationi superstructas , pudore tandem , risu vel malitiosa pertinacique contentione turpiter finiendas ; prout tristia , prohdolor ! eruditorum exempla condocefaciunt. c ) Nanciscimur facultatem ad minutas , vel vnica saltem vocula expressas , determinationes animum subtiliter aduertendi , cuius in limite exponendis aliorum mentibus magnum est emolumentum. d ) Adsuecimus aequitati in interpretando , cuius beneficio nec plus , nec minus , quam par est , aut humanus sapiensque amor postulat , aliis tribuimus.

Sequitur *altera operatio* , ipsa scilicet syllogismi contra thesin propositio. Inde a ) discimus ratiocinia regulis logicis conuenientia cogitare & enunciare , i. e. litteras illas & notas nominare , quibus in syllabizandis & deinde etiam legendis demonstrationibus utimur. Proinde quoque b ) efficimus , vt solidam aliquam cogitationem inuentam stringenti etiam & conuincenti ratione

DE VSV EXERCITII DISPVTATORII. 5

ne proferre possimus. Cuius rei non esse exiguum usum, vel inde constat, quod multi optimis instructi probatoribus nihil praestant, quia, quomodo exponendae sint, ignorant. Subsistam hic, cum de usu syllogismorum

*Cap. IV. Log.* multis egerit Perill. L. B. de WOLF.

Hunc actum excipit tertius, quo respondens assument vel repetit argumentum ab opponente prolatum. Cuius usus a.) consistit in naturalis memoriae cultura. Unica enim vice auditus syllogismus nonnunquam brevis, nonnunquam mediocris, nonnunquam prolixus denuo iterum recitandus. Deinde etiam b.) artificialis memoriae quidam habitus comparatur. Quicunque enim repetendo syllogismum haesitare non vult, sequenti, ut docere soleo, ut commode potest artificio. 1.) Constat iam conclusio, quia vel directe repugnat thesi, vel probat negatam praemissam. 2.) Igitur constant maior & minor termini. 3.) Attendant respondens solum ad medium terminum & 4.) ad syllogismi figuram atque demum 4.) in mente sua quasi praesens intueatur tale schema figuram datam v. g. quartam repraesentans

| Major terminus | Medius terminus | Maior propositio.

| Medius terminus | Minor terminus | Minor propositio.

| Minor terminus | Major terminus | Conclusio.

Tandem 5.) in quocunque horum loculorum eongruum & cognitum terminum reponat in mente, quasi inscriberet,

A 3

scriberet,, & dabitur ipsi intueri, consequenter etiam recitare totum syllogismum. Quod artificialis & intellectualis memoriae specimen dicere, meo mihi iure videor. Neque his finiuntur vslus, sed praeter alios restat adhuc c) ut dicta aliorum verbottenus nobis inprimere atque rursus aliis communicare valeamus. Fieri enim hoc debet ab assumente, ne mutetur quicquam in arguento opposentis. Vtile autem idem est, si ob nullam aliam, certe ob eam rationem, quam videbis ss. 153. 154. Cap. VII. Log. WOLF.

Pergimus ad quartam operationem, qua respondens indicat, quid sibi in arguento proposito displiceat. Compositus est hic actus; dum I.) dispicit, vtrum rationinum praestet id, quod praestare debebat, nec ne. Comparat scilicet cum propositione probanda syllogismi conclusionem. Quae duae enunciations si diuersae; argumentū concedit: si eadem ad vteriora mox explicanda progreditur. Exercetur ita a) acumen in comparandis ideis & iudicis requisitum, & postea alibi v. g. in abstractionibus &c. maximopere necessarium. Praestamus b) ut minutissimas quoque iudiciorum differentias facilime animaduertamus, c) argumenta spuria a legitimis discernamus & d) non prius conflictum incipiamus, quam constet, nullam committi ignorationem elenchi. Si argumentum totum concedi nequit, II.) sollicite inquirit respondens, vtrum forte in forma peccet. Obtinemus hoc exercitio, a.) ut regulae syllogisticae saepissime hoc pacto ruminandae, applicandae nobis fiant quam familia-

## DE VSV EXERCITHI DISPVVTATORII.

7

miliarissimae , quod quanti aestimandum sit , Logicae tyrones norunt : b ) vt syllogismo adhuc inter labia dicentis haerente , non suboleat solum statim recta vel vitiosa eius forma , sed ipsum etiam vitium exemplo possit nominari : & quod amplius est , c.) vt in tota tandem aliqua ratiociniorum serie non ordinate , sed tumultuarie , proposita & quam occultissime peccante , defectum celerrime quasi sentiamus , & verbis indicare possumus , v. g. dicentes in hac probatione occurrit syllogismus in secunda figura male affirmatiuus . Hinc d.) demonstratur , vel dubia resoluturi , opus non amplius habemus , ut syllogismos formales cogitemus , sed , celeriter legentium vel scribentium instar , singulas non magis animaduertamus litteras . Et e.) per experientiam cognoscimus , quid sibi velit §. 115. Cap. IV. Log. WOLF . Non nominabo usum alium f.) quem ipse intelliges conferens Lex. Math. WOLF. p. 501. seq. sub tit. demonstratio . Si forma non discrepat a regulis logicis ; III.) respondens attendit , num tota aliqua & quaenam praemissa falsa sit , ac ideo negari debeat . Fructus inde percipiuntur praeter alias sequentes . a.) Quia falsa propositione ex eo agnoscitur , quod verae opponitur : memoria verarum recluditur , ezedemque repetuntur , animoque igitur firmius atque firmius imprimuntur . b.) Multo exercitio acquiritur habitus , externo quasi criterio falsas statim a veris discernendi propositionibus &c. &c. Quodsi tandem IV.) nulla praemissarum , prout iacet , absurditatis accusari potest , ad distinctiones terminorum , unde oriuntur propositionum limitationes , confugit

fugit defendens. Hic a) mirifice acuitur mentis perspicacia; b) accuratissimi ponuntur veritatum limites, quos ultra citraque nequit consistere rectum. Harum ope c) veritates summa luce collustrantur, ut quasi palpabiles & tantum non manibus contrectabiles reddantur. His d) organientibus ora citissime & firmissime clauduntur, obturantur, & qui sunt usus reliqui, quos omnes enumerare longum foret.

Ex antlatis hisce respondentis laboribus succedit novum opponentis argumentum, sive *quintam operationem* absoluens, prosyllogismus, quo, quod a respondentе negatum est, iterum probatur. Usibus supra indicatis superaccedit hanc exercitationem docere a), quomodo syllogismum syllogismus excipere debet, cum praecedente rite concatenandus, ut scilicet saltus in probando omnis studiose vitetur; b) quomodo subinde propositiones vertendae, mutandae, quae consequentiae immediatae subiiciendae, ut exakte quadrat succedens ratiocinium; c) quanta saepe syllogismorum farrago requiratur ad integrum probationem; d) quam facilis commissu sit error in principiis ponendis; e) quae sit veritatum pariter ac falsitatum a se inuicem dependentia, connexio &c.

Recitauit haec tenus exercitii disputeriori fructus speciales ex singulis operationibus hauriendos. Progressior nunc amplius ad alios ex variuersa praxi sperandos; & quemadmodum haec tenus, ita & iam minoribus maiores postpono.

A.) Nascitur fere nobiscum non leuis meticuloſitas in confluxu multorum hominum, & confessu viorum

DE VSV EXERCITII DISPV TATORII. 9

rum spectatissimorum dicendi, qua expedire animum non licet aliter, quam frequenti & quotidiano sermone publico. Qui cum a disputationibus omnino instituantur; quin sibi etiam concilient animum audentem atque imperterritum, nullius hominis quacunque dignitate conspicui praealentiam formidantem, dubitari nequit. Vtura hunc non flocci pendet, qui summos saepe Viros sufficieni animositate destitutos optime cogitata pessime elocutus esse nouit.

B.) Latina lingua disputationum vernacula est. Proinde nous patet vñus, quod scilicet nostra exercitia non latina solum intelligendi promptitudinem, sed dicendi etiam facilitatem pariant, a mediis aliis non facile aequaliter sperandam, erudito tamen cuicunque pro praesenti studiorum ratione maximopere necessariam.

C.) Oppositiones esse ex genere probationum, adeoque a demonstrationibus, si differunt, quoad principia differre; nemo facile negabit. Disputando igitur habitum quoque demonstrandi acquirimus; habitum, ut nostis, incomparabilem, nulli secundum, omni conatu, molimine & industria acquirendum, auroque & gemmis, si fieri posset, redimendum.

D.) Inuentores eadem fere methodo vtuntur, qua demonstratores. Idcirco seduli quoque disputationes feminæ illa spargunt, ex quibus crescere incognitas veritates detegendi facultas non potest tantum, sed solet.

E.) Quotidianæ deliberationes inque communia vita obuiæ meditationes secundum easdem peraguntur. B leges,

leges, iuxta quas & demonstramus & inuenimus. En nouum vsum!

F.) Saepe alii contradicimus, quibuscum de rebus subinde exigui, subinde mediocris, subinde maximi etiam momenti sermonem instituimus. Ecce disputationem omnibus absolutam numeris, ad quam rite suscipiendam quod egregie conduceat noster habitus, in solis mensa positum reor.

G.) Orationis partem minime contemnendam absoluimus confutatio, patet igitur ex praecedenti numero etiam hic nostrorum exercitorum vsum.

H.) Non excuro ad Ecclesiarum Ministros, caesarum Patronos, Medicos, alios. Quanta enim utilitate adhibeant disputandi habitum, numerus artecedens docet abunde.

I.) Sed, quia tam facile non animaduertitur, sequens sicco pede preterire emolumentum nequeo. Status scilicet animi affectu occupati explicabilis est per syllogismum, cuius minor est representatio obiecti, quoad circumstantias praesentes; maior principium generale, quo, quod tale est, iudicatur bonum vel malum; conclusio vero obiecti tanquam boni vel mali hisce circumstantiis vestiti representatio (Perill. L. B. de WOLFF Philos. pract. Vniu. P. II. §. 789.). Quamdiu nihil desideramus in hoc syllogismo, nostra vel aliorum mens dato affectu turbatur; liberatur vero ab eodem, quamprimum aliquem in eo defectum animaduertimus. Ex tertia igitur, quarta & quinta operatione facile perspicies, quem vsum praestet laudatum exercitium in excitandis vel sedandis apud nos vel alios affectibus; consequenter in liberandis hominibus ex eorum

rum seruitute ; in nobis vel aliis reddendis ad bene agendum alacrioribus ; in consensu appetitus sensitiui & rationalis generando , confirmando ; in summa tandem felicitate infallibiliter obtainenda.

Verum enimvero, ais, quomodo utilem in dictis, praesertim ultimo , casibus praedicabo disputandi habitum , cum qui in forma vellat procedere, deridendum se sanioribus omnibus propinaret, v. gr. qui affectum extirpaturus diceret: nego maiorem syllogismi explicatoris. Concedo quidem ridiculum esse hominem, qui ita ageret. Verum nec ita agendum praecepio: sed volo potius, 1.) ut tibi constet, quomodo in forma esset respondendum, si occasio postularet ; 2.) ut vulgari ratione, & terminis confuetis atque ab omni arte alienis mentem tuam exprimas. Ex. gr. In syllogismo: Quicquid ita comparatum, bonum est, Atq. E. nosci falsam esse maiorem ; propterea non ais : nego maiorem ; sed concinna potius oratione ostendis, quod ita comparatum est, malum vel saltem bonum non esse. Sapienti satis: insipienti enim nihil sufficit.

\*\*

Vtut amplius progredi daretur : sisto tamen hic pedem L.B. ! atque plenam aunc TIBI iudicandi potestatem concedo , quo iure , vel qua iniuria , disputandi habitum laudauerim. Insignes interim eos , & quos tacui, usus suauissimi moxque nominandi Commilitones obtinere cupientes, disciplinae meae hactenus & in posterum fidae se commiserunt. Quemadmodum ex aliis hucusque praelectionibus meis eruditioiem partim philosophicam , partim mathematicam haud superficiari.

B 2

am

am &, nisi me quoque praeceptore vni essent, multa nunc laude decorandam, hauserunt: ita & haec, quae inchoamus, exercitia non incassum iri institutum & spero & confido. Neque enim inter eos deprehenditur, de cuius ingenii dotibus, aut affiditate & diligentia licet dubitare; sed omnes ii sunt, quorum nomina non post haec tantum, sed post maiora etiam, encomia recitare nullus erubesco. Sunt autem sequentes eo ordine, quem sors tulit, collocati

I. H. TABOR *Aurico Frisius.*

F. C. O. BIERAV *Biberauiensis.*

I. S. H. HABERKORN *Grimbergensis.*

Ph. H. KREBS *Gladenbaco-Darmstadinus.*

P. W. H. SCHOTT *Giffenfis.*

P. F. C. HILCHEN *Giffenfis.*

I. C. KOPP *Alsfeld.*

P. C. WENCKENBACH *Fronhusa-Darmstadinus.*

Benedicat Auditorum Optimorum studiis & his & aliis omnibus Diuinum numen, eaque fausta iubeat esse ac felicia, DEO gloriofa, patriae proficia, parentibus & familiis iucunda atque utilia, ipsisque tandem dissentibus salutaria. D. Giffae d. 16. Ian.


1746.

T A N T V M.

**ULB Halle**  
004 060 741

3







1746, 3

**V S V M**  
**EXERCITII DISPVTATORII**  
**BREVITER EXPONIT.**

SIMVLQVE

DISPVTATIONES PHILOSOPHICAS  
SINGVLIS MERCVRII ET SATVRNI DIEBVS  
HABENDAS INDICAT  
NEC NON AD EAS AVDIENDAS

**GENEROSSISSIMOS, NOBILISSIMOS & VE  
DOMINOS COMMILITONES**

## OFFICIOSE INVITAT

**ANDREAS BOEHMIUS,**  
PHIL. D. LOGIC. ET METAPH. IN ACAD. GISSENA  
PROF. PVBL. ORD.

*G I S S A E ,*  
Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.

